



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De quodam clerico à diabolo vexato. ccv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De quodam clerico à diabolo vexato. Cap. CCV.

EX eodem quoq; tempore quidam Aquinensis Ecclesie clericus demonio vexabatur, qui à venerabili viro Constantio Ecclesie eius antistite per multa fuit martyrum loca transmissus, vt sanari posset. Sed sancti Dei martyres noluerunt ei sanitatis donum tribuere, vt quanta esset in Benedicto gratia demonstrarent. Ductus itaq; est ad omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Iesu Christo domino preces fundens, antiquum hostem de obsessio homine protinus expulit. Cui sanato præcepit dicens: Vade, & post hæc carnem non comedas, & ad sacrum ordinem nunquam accedere præsumas. Quacunque autem die sacrum ordinem temerare præsumptis, statim iuri diaboli iterum manciparis. Discessit itaque clericus sanus, ac sic terretur solet animum pœna recens, ea quæ vir Dei præcepit interim custodiuit. Cùm ergo post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibi superponi in sacris ordinibus cerneret, verba viri Dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atque ad sacrum ordinem accessit. Quem mox is qui reliquit diabolus tenuit, eumq; vexare quousque animam eius excuteret, non cessauit.

Ex dialogo Greg. papæ.

De rebus Ecclesie quæ mortuo episcopo, à presbyteris vendita fuerint. Cap. CCVI.

DE his quæ pertinent ad Ecclesiam, quacunque, quum non esset episcopus, presbyteri vendiderunt, placuit rescisso cõtractu ad iura ecclesiastica reuocari. In iudicio autem erit episcopi, si precium debeat recipi nec ne: quia plerunq; rerum districtarum reditus ampliorem summam pro precio dato reddiderit.

Ex conc. Ancirano. ca. 14.

De eo qui spernit oblationem presbyteri, qui uxorem habuit. Cap. CCVII.

Quicunque discernit à presbytero qui uxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit.

Ex cõcil. Gangræ. cap. 4.

Quod non permittantur ecclesiastici ad cœmeteria hereticorum accedere. Cap. CCVIII.

Quod non permittantur ecclesiastici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea quæ ab eis appellatur mar-

Ex cõcil. Laodicæ. cap. 8.